

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 6379

**Auteur(s) :** Rotrou de Warwick, Rouen (archevêque)

**Bénéficiaire(s) :** Rouen, Saint-Lô (prieuré)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1165-1175]

**Action juridique :** confirmation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Confirmation par Rotrou, archevêque de Rouen, du patronage de l'église de Catenay au chapitre de Saint-Lô.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. De Glanville Léonce, *Histoire du Prieuré de Saint-Lô de Rouen*, ses prieurs, ses privilèges, ses revenus d'après les documents authentiques tirés des archives de la Seine-Inférieure et mis en ordre, Rouen, E. Cagniard, 1890-1891, 2 vol., t. 2, pièces justificatives, n° XXXXIII a, p. 360-361.

## Dissertation critique

Cf. l'archiépiscopat de Rotrou de Rouen, 1165-1183 ; le décanat de Robert du Neubourg, à Évreux, avant 1163 - probablement 1175.

Texte établi d'après a

Rotrodus Roth. archiep. presentibus et futuris. Quoniam res humane in magna variabilis motus incertitudine volvuntur et transeunt, ne pro vite brevitate et temporum lapsu universa deleat oblivio urgente necessitate summa cautela provisum est ut ea que memoriter teneri oportet litteris annotentur. Inde est quod dilectorum filiorum nostrorum Roberti prioris et canonicorum S. Laudi Rothomagensis desiderio et petitioni benignum prebentes favorem. quod coram nobis factum est, scripti nostri omnibus notum esse volumus atestatione, Reinaldus siquidem de Castineio ad quem spectabat ius patronatus et presentationis et quedam pars decimarum ecclesie predicte ville gravi laborans egritudine nos humiliter et devote fecit requiri ut quidquid iuris et decimarum habebat in predicta ecclesia concederemus canonicis S. Laudi et eadem per nuntios quos ad eum misimus nobis cum omni libertate reddidit assensu uxoris et filii sui. Nos autem pietatis intuitu et prioris et canonicorum dilectione et ipsius Reinaldi precum instantia, predictam ecclesiam canonicis in perpetuam elemosinam donavimus cum omni possessione et jure quod ibi habuerat aut habere poterat. Huic etiam donationi assensum prebente Waltero de Casteneio consanguineo eius canonico nostro qui ecclesiam illam eodem possidebat tempore sub patronatu Reinaldi et eius petitione sibi prius donatam a predecessore nostro pie recordationis Hugone. Vt ergo prefatam ecclesiam cum decimis et aliis pertinentiis suis sine omni contradictione possideant quiete et libere salvo iure episcopali presenti scripto et sigilli nostri munimine confirmamus, auctoritate officii nostri prohibentes ne quis eos super eadem ecclesia inquietare aut perturbare presumat. Quod qui facere persumpserit indignationem Dei omnipotentis et gloriose Virginis matris Domini et beatorum apostolorum Petri et Pauli et sti Laudi cum omnibus sanctis se noverit incursum. Omnibus autem prefate ecclesie canonicorum bona conferentibus sit pax et eterna ab omnipotenti Domino retributio. Hujus autem donationis et confirmationis testes extiterunt G. decanus. Rob.

Ebroicensis decanus. magister Reinaldus archid. Ivo archid. Amicus archid. Galterus de Castro cum omni capitulo Sancte Marie.